



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 60. Translatio S. Benedicti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

Sæculum VII Is natus Elusæ in Aquitania, cuius Civi.
A.C. 649. tatis Episcopus parens ejus postea ordi.
 natus est, relicto mundo annum ætatis
 agens vigesimum in Abbatia Resbasiensi,
 a S. Audoeno nuper fundata, Institutum
 Monasticum elegit, & S. Ailo mortuo Ab.
 bas creatus est. Inde ad Monasterium
 Luxoviense, Bobiense, aliaque in Fran.
 cia, & Italia celeberrima invisit. Regu.
 las S. Basilii, S. Macarii, S. Benedicti, &
 S. Columbani assidue legens, tandem ad
 novum Monasterium condendum ani.
 mum adjecit, atque in eum finem agro,
 qui tunc Gemmeticus, & hodie Jumegius
 dicitur, a Rege Clodoveo & S. Batilde
 Regina impetrato, Abbatiam ejusdem
 nominis in Dioœcesi Rothomagensi, tri.
 bus Leucis Fontanella dissitam, fundavit.
 Id contigit anno circiter 654. cumque S.
 Filibertus in illis exordiis septuaginta Mo.
 nachos Jumegium induxisset, post non
 longum temporis spatium eorum nume.
 rous in septuplum, id est, ad Monachos
 fere quingentos auctus est.

§. LX.

S. Benedicti Translatio.

Sub idem ferme tempus S. Benedicti Re.
Att. Ben. to. liquiæ in Galliam translatae sunt. Leo.
 2. p. 353. & debodius ad S. Anianum Aurelianii Abbas
 674. fundaverat ad Ligerim Monasterium Flo.
 riacense, cuius Abbas Mummolus, c. m
 quadam

quadam die in Dialogis S. Gregorii Vati-Sæculum VII
cinium S. Benedicti de Monasterii sui in A.C. 649.

monte Cassino ruina legisset, proposi-
tum cepit Viri Sancti Reliquias transfe-
rendi. *Hoc consilio, misit unum Mona-*
chorum suorum, nomine Aigulfum, cui
cum se aliquot viri ex agro Cenomanen-
si, qui Floriacum diverterant, profectu-
ri in Italiam, & inde Sanctorum Reli-
quias allaturi, viæ socios junxissent, ubi
ad montem Cassinum pervenerunt, in
illis ruinis Monasterii ab annis plus quam
septuaginta derelicti diligentissime Re-
liquias investigantes, invenerunt tumu-
lum, in quo simul corpora S. Benedicti &
Sororis ejus S. Scholasticæ quiescebant.
Hæc itaque Floriacum transtulerunt, ubi
S. Benedicti ossa in Ecclesia S. Petri ma-
xima pompa fuere deposita, ossa vero
S. Scholasticæ Cenomanum delata, ubi ea
S. Berarius Episcopus in Monasterio Vir-
ginum a se fundato condidit.

Hæc S. Benedicti translatio undecimo *Mart. B.*
Julii, & ut creditur, anno 653. contigit, II. Jul.
quo die Ecclesia hujus rei memoriam ce-
lebrat. (*)

§. LXI.

(*) In Germania non agitur Festum Trans-
lationis sed Commemorationis. Fleurius de hac
Translatione non dubitat. Si quis Argumenta
in contrarium legere velit, revolvat Baronium
ad hunc annum. Qui Cardinalis hujus Anna-
les in Compendium coegerit, affert hæc verba:

Ex